Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite XVI



resque admirandas peregit, ac doctrina se ducem atque magistrum populo exhibuit; Ægyptiosque decepit, eorum divitias surripiens, hæreticorum scilicet libros, de quibus ipse triumphavit. Salsum quoque ac potui minime conveniens infidelitatis mare divisit, populumque fidelem in magno numero traduxit. Pharaonis vero exercitum, impiam nimirum calumniatorum progeniem, prostravit atque oppressit. Et Amalec (si quem hæreticorum eo nomine appellare velis) in fugam vertit ac profligavit. Legem bene christianeque vivendi a Deo accepit, & nobis universis eam tradidit. Tabernaculi exemplar in monte contemplatus est: non Moysis, sed horrendi illius judicii futuri. Sacerdotes constituit, ac de sacrificio leges præceptaque tradidit. Aquam e petra eduxit, dum corda lapidea ad lacrymas fundendas commovit. Pane cœlesti, sicut ille, abunde populum pavit, caritatis nobis sermones proponens, quibus maxime corroborantur animi, & ad sumendum cum fiducia divinum ac sacrum hunc panem, qui pro nostra salute huc e sinu Patris venit, accenduntur. Coturnices quoque fidelibus ut ille, exhibuit, ostendens quonam pacto per Dei recordationem in cœlum sese tollant, ac quæ ibi sunt pulchra, contemplentur. Et hoc quidem modo atque ratione, si quæ Pater hic graviter ac strenue gessit, priscorum actionibus conferre lubuerit, illis nullatenus inferiorem comperies.

Ipse namque ut Jesus Navæ, Jordanem quoque divisit, cum clausas divitum manus benignitate aperuit, ac populo terram, non quidem abjectæ hujus promissionis, verum cœlestis regni distribuit. A sua infantia, ut Samuel consecratus est Deo, divinamque vocem, ut ille, audivit. Sicut Elias, sacerdotes turpitudinis coarguit: ignemque divinum orationis sacrificio, non semel, sed sæpius deduxit, igneoque virtutum curru, non in æthera, sed in ipsum cœlum sublatus est. Sicut Elisæus, duplicem spiritus gratiam consecutus est. Sicut Prophetæ divinæ visionis munere ac gratia donatus est. Quin & ipsa me movet oratio, ut eundem hunc vel cum illo, quo inter natos mulierum nullus perhibetur exstitisse major, comparare audeam: cum illo, inquam, qui inter legem & gratiam fuit medius. Siquidem hic, ut Præcursor ille, eremum coluit, & ad eum quoque factum est verbum Dei, ac præconem agens pœnitentiæ, docuit confiteri peccata accedentes ad se. Sicut Paulus autem vas electionis, varias tribulationes ac tentationes pertulit, pœnitentiæque semina ut

A εἰργάσατο, καὶ λαοῦ καθηγήσατο χρηματίσας διδάσκαλος· καὶ τοὺς Αἰγυπτίους κατεσοφίσατο, τὸν πλοῦτον ἐκείνων ἁρπάσας, τὰς τῶν αἱρετικῶν βίβλους αἰχμαλωτίσας καὶ θριαμβεύσας, καὶ τὴν θάλασσαν διέρρηξε, τὴν ἁλμυρὰν καὶ ἄποτον ἀπιστίαν, καὶ τὸν λαὸν διεβίβασε, τὸ ὀρθόδοξον σύστημα· καὶ τοὺς Φαραωνίτας ἐπόντισε, τὰ τῶν αἱρετικῶν ἄθεα γεννήματα· καὶ τὸν Ἀμαλὴκ ἐτροπώσατο· B εἴτινα τῶν αἱρετικῶν τούτῳ βούλει καλέσαι τῷ ὀνόματι. τὸν νόμον ἐκ Θεοῦ τῆς ὀρθοδοξίας ἔλαβε, καὶ ἡμῖν πᾶσι μετέδωκε. τῆς σκηνῆς ἐν τῷ ὄρει τὸν τύπον ἐθεάσατο· οὐ τῆς ἐπὶ Μωσέως, ἀλλὰ τῆς μελλούσης φρικτῆς κρίσεώς τε καὶ καταστάσεως. τοὺς ἱερέας ἐτελείωσε, τὰ περὶ ἱερωσύνης νομοθετῶν. ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐπήγασε, τὰς λιθώδεις καρδίας στάζειν δάκρυα παρασκευάσας. ἄρτον ἐψώμισεν ὡς ἐκεῖνος οὐράνιον, τοὺς τῆς C ἀγάπης λόγους πᾶσι προθεὶς, δι' οὗ μάλιστα στηρίζεται πᾶσα ψυχὴ, καὶ τῷ θείῳ καὶ μυστικῷ προσέρχεται ἄρτῳ θαρροῦσα, τῷ ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς εἰς σωτηρίαν ἡμῶν παραγενομένῳ. ὀρτυγομήτραν ἔδωκεν, κάτωθεν ἡμῖν τοῖς πιστοῖς τῇ περὶ Θεοῦ μνήμῃ οὐρανοπορεῖν ἐκδιδάσκων, καὶ τὰ ἐκεῖ φαντάζεσθαι κάλλη, καὶ ἁπλῶς οἷς ἂν βούλῃ θεωρίας λόγοις τὰ τοῦ πατρὸς τοῖς πα- D λαιοῖς ἐξισοῦν σεμνολογήματα, οὐδ' ὅλως εὑρήσεις καθυστεροῦντα.

Ἐπεὶ καὶ ὡς Ἰησοῦς ὁ Ναυΐτης Ἰορδάνην ἔσχισε, τὰς ἀποκεκλεισμένας εἰς μετάδοσιν τῶν πλουσίων χεῖρας, πρὸς εὐποιΐαν διάρας, καὶ τῷ λαῷ τὴν γῆν, οὐ τῆς κάτω ἐπαγγελίας, ἀλλὰ τῆς οὐρανίου βασιλείας ἐκληροδότησεν· ὡς Σαμουὴλ ἐκ βρέφους ἀνετέθη τῷ Θεῷ, καὶ φωνῆς θείας ἤκουσεν· E ὡς ὁ μέγας Ἠλίας τοὺς τῆς αἰσχύνης παρεδειγμάτισεν ἱερεῖς, καὶ πῦρ νοητὸν ἐπὶ τῇ λογικῇ θυσίᾳ, οὐ μίαν, ἀλλὰ πολλάκις κατήγαγε· καὶ πυρίνῳ τῶν ἀρετῶν ἅρματι, οὐκ αἰθέριος, ἀλλ' οὐράνιος ἁρματηλάτης ἀνήχθη· ὡς Ἐλισσαῖος, διπλῆν τοῦ πνεύματος τὴν χάριν πεπλούτηκε· καὶ ὡς οἱ προφῆται θεοφανείας πολλάκις ἠξίωται. τολμᾷ τοῦτον ὁ λόγος καὶ πρὸς τὸν ἐν γεννητοῖς γυ- F ναικῶν ἀνώτερον παραθεῖναι, τὸν μεσίτην τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος· ὡς Πρόδρομος ἐν ἐρήμῳ ηὐλίσθη. καὶ ῥῆμα Θεοῦ γέγονε καὶ πρὸς τοῦτον, καὶ μετανοίας κήρυξ ἐχρημάτισε· καὶ τὰς ἁμαρτίας ἐξομολογεῖσθαι τοὺς προσερχομένους ἐδίδαξεν. ὡς Παῦλος τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, παντοίους ὑπέμεινε πειρασμοὺς, καὶ τὰ τῆς μετανοίας καταβαλεῖν σπέρματα, ὡς ἐκεῖνος τῆς πίστεως, οὐ κατενάρ-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0060
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg